



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

XVI. Magdalena capillis quasi reti Christvm capit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

## X V.

MAGDALENA CHRISTVM  
lauat, & vngit.

**V**RERIS, & nescis: incendia dilue lymphis,  
Aut certè Syriâ perflue nube faces.  
Dat lymphas oculus, manus vda profundit a-  
moium:

Lymphapedes C HRISTI, tingit aroma caput.  
Per nebulam resonas sed quis sonor obstrepit  
aures?

Fallor? an error erat? hæret in aure sonus,  
Si tibi cura fedet bibulis dare pabula flammis,  
Quas vigil in C HRISTI pectore pascit Amor,  
Illacryma; lacrymasque piâ simul imbue nardo:  
Et Deus ardet amans nardon, & ardet aquas.  
Munus vtrumque parem pietas addicit in vsum:  
Vngit enim nardus, quem lauat vnda Deum.

## X V I.

MAGDALENA capillis quasi reti  
CHRISTVM capit.

**N**YMPHA tibi, Nymphisque sacris quas  
vrit I E S V S,

Opto cadant votis præmia læta suis.  
Nolo trahi tenues tenui sub stamine plumas:

Digna sed aucupio te volo dona sequi.

Ante vel infelix occumbas hostia leto,  
Quam non crinigerâ struxeris arte dolos.

Sed struis arte dolos & blanda pericla capillo,

Et

Et trahis insidiis in tua vincla Deum.  
 Sic tamen, ut potius capiat te captus I E S V S.  
 O quantum est pulchrâ Numinis arte capi!  
 Te, quem crine capis, crine irretiuit I E S V S.  
 Ille tuo reti num quoque rete struit?

## X V I I.

M A G D A L E N A moriens in  
 fontem vertitur.

D I V S Amor, volucri telum cui flauer ab  
 auro,  
 Instar venusti sideris,  
 Insequitur rapido pede Magdalin: illa viatim  
 Sursum, deorsum cursitat.  
 Quò magis ista fugit, magis hoc premit iste  
 sequaci  
 Vmbrâ graduq; Magdalin.  
 Iamq; inhians propior prensat, propiorq;  
 trementem  
 Rapace adhamat dexterâ.  
 An tenet assultâs? nox nubila Magdalin vmbra,  
 Ingensq; nimbus occupat.  
 Nunc ea tota liquor profugos vanescit in imbres,  
 Amnesq; natos imbris.  
 Hic quod Amor teneat, nihil est; celer omnia  
 fletus,  
 Fletuq; fluctus profluus.  
 Nec nisi fletiferum voti manus irrita fontem  
 Pro Magdalenâ repperit.